citur. Nisi etenim eam sollicitaverit, nisi odiosis artibus circumvenerit, non faciet eam velle in tantum dedecus sese prodere: parentibus [1] (quorum maxime vindictæ intererat) si patientiam præbuerint, ac dolorem remiserint, deportatione plectendis. §. 3. Sed & si quis inter hæc ministeria servilis [2] conditionis fuerit comprehensus, citra sexus discretionem eum concremari [3] jubemus: cum hoc etiam Constantiniana lege recte fuerit prospectum. Omnibus legis Juliæ capitulis, quæ de raptu virginum, vel viduarum, sive sanctimonialium, sive in antiquis legum libris, sive in sacris constitutionibus posita sunt, de cætero abolitis, ut hæc tantummodo lex in hoc capite pro omnibus sufficiat, quam de sanctimonialibus [4] etiam virginibus, & viduis locum habere sancimus. Dat. 15. Kal. Decemb. *Constantinop.* DN. JUSTINIANO A. PP. II. CONS. 528.

TIT. XIV.

DE EMENDATIONE SERVORUM [5].

Dominus servum potest castigare, sed non dolo malo occidere. Bald.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Bassum.

SI [6] virgis [7] aut loris [8] dominus servum afflixerit, aut custodiæ causa in vincula conjecerit: dierum distinctione [9] sive interpretatione depulsa, nullum criminis metum servo mortuo sustineat. Nec vero immoderate [10] suo jure utatur: sed tunc reus homicidii sit, si voluntate eum ictu fustis [11] aut lapidis cæciderit: vel certe telo usus, lethale vulnus inflixerit, aut suspendi laqueo præceperit, vel justione [12] tetra præcipitandum esse mandaverit, aut veneni virus infuderit, vel dilaniaverit pœnis publicis corpus, ferarum unguibus [13] latera persecando [14], vel exurendo [15] oblatis ignibus membra, aut tabescentes artus atro sanguine permixta sanie defluentes, prope in ipsis adegerit cruciatibus vitam relinquere sævitia immanium Barbarorum. Dat. 5. Id. Maji, *Romæ*, CONSTANTINO A. & LICINIO CONSS. 312.

TIT. XV.

DE EMENDATIONE PROPINQUORUM [16].

Propinquis senioribus licet corrigere minores errantes, nisi facti atrocitas exigat judicium ultionis judiciariæ. Bald.

1. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Senatum.

IN [17] corrigendis minoribus pro qualitate delicti senioribus propinquis [18] tribuimus potestatem: ut quos ad vitæ decora, domesticæ laudis exempla non provocant, saltem correctionis medicina compellat: Neque [19] tamen nos in puniendis minorum vitiis potestatem in immensum extendi volumus, sed jure [20] patrio auctoritas corrigat propinqui juvenis errantem, & privata animadversione compescat. † Quod si atrocitas facti jus domesticæ [21] emendationis excedat, placet enormis [22] delicti reos dedi Judicum notioni. Dat. prid. Kalend. April. VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 365.

TIT. XVI.

AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS [23].

De eo, qui non animo occidendi percussit.

1. Imp. ANTONINUS A. Herculiano, & aliis militibus.

FRater [24] vester rectius fecerit, si se Præsidi provinciæ obtulerit. Qui si probaverit *non* [25] *occidendi animo hominem a se percussum esse*, remissa homicidii pœna, secundum difciplinam militarem sententiam profert: crimen enim contrahitur, si & voluntas [26] nocendi intercedat. Cæterum [27] ea quæ ex improviso [28] casu [29] potius [30] quam fraude accidunt, fato [31] plerumque non noxæ imputantur. PP. 2. Kal. Febr. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De eo, qui salutem suam defendit.

2. Imp. GORDIANUS A. Quintiano.

IS, qui aggressorem [32] vel quemcunque [33] alium in dubio vitæ discrimine constitutus occiderit, nullam ob id factum calumniam metuere debet. PP. 3. Non. April. ARIANO & PAPPO CONSS. 244.

3. Idem A. Quintiano.

SI quis percussorem [34] ad se venientem gladio repulerit, non ut homicida tenetur: quia defensor propriæ salutis in nullo peccasse videtur.

4. Imp. GALLIENUS A. Monatio.

SI (ut allegas) latrocinantem [35] peremisti: dubium non est, eum qui inferendæ cædis voluntate præcesserat, jure cæsum videri. PP. 13. Kalend. Febr. VALERIANO & LUCILLO CONSS. 266.

Post hanc legem subjicitur in Basilicis lex quarta, videntur enim basilici auctores secundam, & tertiam hujus tituli una complecti, quæ est ejusdem tituli in Basilic. 20. illius autem, quæ hic omissa est, atque in Basilicis inter constitutiones refertur, ea sunt verba Cujacio interprete.

LIceat [36] cuilibet aggressorem [37] nocturnum in agris, vel obsidentem vias, atque insidiantem præereuntibus, impune occidere, etiamsi miles sit: melius namque est his occurrere, & mederi, quam injuria accepta vindictam perquirere.

De casu fortuito.

5. Exemplum sacrarum literarum DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. [38] Agatho [39].

EUm, qui adseverat homicidium se non voluntate, sed casu fortuito [40] fecisse, cum calcis [41] ictu mortis occasio [42] præbita videatur: si hoc ita est, neque super hoc ambigi poterit, omni metu, ac suspicione, quam ex admissæ rei discrimine sustinet, secundum id, quod adnotatione [43] nostra comprehensum est, volumus liberari. Dat. 7. Kal. Decembr. *Sirmii*, ipsis AA. IV. & III. CONSS. 290.

De ætate.

6. Iidem AA. & CC. ad Agotium.

SI quis te reum legis Corneliæ de sicariis fecerit, innocentia [44] purgari crimen, non adulta [45] ætate defendi convenit. S. 6. Kalend. Novembr. *Romæ*, CC. CONSS.

De eo, qui cum telo ambulavit.

7. Iidem AA. & CC. Philisco.

IS, qui cum [46] telo ambulaverit hominis necandi causa [47], sicut is, qui hominem occiderit, vel cujus dolo malo factum erit commissum, legis Corneliæ de sicariis pœna coërcetur [48]. S. 7. Kal. Jan. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De infante.

8. Imppp. VALENT. VALENS, & GRATIAN. AAA. ad Probum P. P.

SI [49] quis necandi infantis [50] piaculum aggressus [51], aggressave sit: iciat se capitali supplicio esse puniendum. PP. 7. Id. Febr. *Romæ*, GRATIANO A. III. & EQUITIO CONSS. 374.

1 Pater raptum filiæ raptori remittere non potest. adde *Novell.* 143. *c.* 1. *verf. illo quoque. Nov.* 150. 2 Servi raptoris aut raptui adfultentis pœna, exulio, *ut ait*, quod ad raptum dominarum referunt Græci, ut cinnirum ignis supplicium subeat servus, qui raptus domine sue cubiculo & particeps fuerit. 6. Harm. 7 *Edict. loco in fin.* 3 De ignis supplicio dixi ad l. *un. j. de Nili agger.* 4 l. 5. l. 54. *S. de episc. & C. Theod. de rapta & matrim. sanctim.*

5 *l.* 1. 9. *C. Theod.* 12. Ruffin. 2. *coll. leg. Mosaic.* l. 2. §. 7. *S. 2. Instit. de his qui sui vel al.* 6. Harm. 9. 6. ἐὰν τις τὸν ἴδιον οἰκέτην. l. 8. § 8. *ff. de off. pref. urb.* 6 *l.* 1. *C. Theod. h. t.* 7 Dominis in servos virga, lora, vincula permittuntur, at non fustes, lapides, tela, venena, fertarum ungues, ignes. 8 Λώρους ἢ ῥάβδους 36. *Ecl. c.* περὶ κατηχουμένων *ex tit.* 39. *c.* 3. Supplicium erat servile. Terent. *in Adelph. operiere loris.* S. *teris liberi i. E. fic erit.* adde l. 8. *fuf. de repud.* 9 Vid. *Exod.* 21. 10 Nemo fuo jure immoderate uti debet. 11 Aliud fustis, aliud virga. l. 2. *Cod. Theod. de iuris publice.* 12 De Vedii Pollionis immanitate, servos murenis invadentibus objicientis, vid. Tertull. *lib. de Pallio*, Senecam 3. *de ira* 40. *&* 1. *de clementia* 18. *&* 9. Plinium 23. adde & aliud de immanitate dominorum ex *l.* 11. §. 1. *ff. §. ult. ff. ad l. Corne. de sicariis.* 13 *Ferarum vopiscus*, ita legit *d. l.* 1. & alibi, *ungulis falcantibus latera, l.* 7. *in fin. infr. de malefici.* Tert. *in Scorpiace*: *Alios signis, alios gladius; alios bestiis Christianos probaverunt, alii fustibus interim & ungulis insuper deputata martyra in carcere sfurisunt.* Et in *libro de patientia*: *Centra ungulas Cornuti*: & *in Apologet.* 15. *ungulis denodatis latera Christianorum*, & Cap. 50. *Sic etiaque non ad Deum passus ungulæ fodiunt, cruces suspendant, ignes lambant, gladii guttura detruncent, bestiæ insistant.* Hinc apud Ammianum 14. *ungulibus falcati*: & Gellius, ungulæ ὄνυχες ἢ εἰς τὰ βασανιστήρια. *Ferrum in ungues ferarum compositum.* *Eadem Scorpio quod arcuato vulnere in corpus jaculatur.* Tert. *in Scorpiace.* Itidor.

14 Perlucando. 15 Seneca, *in Regnum Fortunæ & quidem durum pervenimus. Illuc arbitris digna atque indignis passuri, Corporibus nostris insidente, contumelioſe, crudelitas alios ignibus peruri, vel in feras admotos exercitat.*

16 *l.* 5. *C. Theod.* 12. 17 *l. un. C. Theod.* 18 Propinqui seniores propinquos juniores pro qualitate delicti corrigere possunt: ut ea parte senioribus propinquis in juniores sua quali jurisdictio sit. 19 Propinqui seniores quibus jus est propinquos juniores castigare, modum in castigando excedere non debent, sed in puniendo eam fervare rationem, quam parentes in liberos fervare solent: ut ne plus extraneo in extraneum, vel propinquo in propinquum sibi sit commissum, quam parentibus in liberos sit permissum. 20 *l.* 16. §. 2. *ff. de pœnis.* Nov. Leonis 105. Quod in dubio magis præsumitur, quam necessii. Vid. Alc. 1. *præsumpt.* 3. adde *l.* 3. *fuf. de patr. potest.* 21 Domestica emendatio, vid. quæ notavi ad *Novell.* 117. *cap.* 14. 22 Sed nimis sævitiæ. *l.* 5. *in fin. l.* 6. *ff. ad l. Aquil. l.* 7. §. 3. *ff. de iniuriis. l.* 5. *ff. ad l. Pomp. de parricid. l.* 2. *ff. ad l. Corn. de sicariis.*

23 Dixi ad *L.* 48. *ff.* 8. 24 Sumpta est hæc constitutio ex Codice Gregoriano *tit.* 4. *tit. ad l. Corn. de sicariis.* uti confiat ex fragmentis Rufini 1. *collat. leg. Mosaic.* Sicut Hæc l. canonizata est in *can. Frater vester.* 47. *distinct.* 50. Anl. 25 Animus homicidam facit. l. 1. *j. de iniuriis.* 26 Voluntas diffingit malefficia. vid. quæ dixi ad l. 43. *ff. de furtis.* 27 Sumptum ex eodem Codice Gregoriano *d. tit.* & ex constitutione Alexandri: ut hæc constitutio compofita fit ex duabus Gregorianis, & quidem diversorum principum, nec unius Antonini, *ut ait* legitur. 28 Improvisa excutiunt, nem merentur. 29 Homicidium cafu admissum non punitur lege Cornelia de sicariis. adde *l.* 4. *j. d. t.* 30 Prætus praevidetur potest: cafus est improvisus, *ut hic.*

31 Fato impuitari. adde *l.* 4. *j. h. t.* Fato autem imputari hic dicuntur, quæ cauſis ex occultis funt: quæ extra facientem funt posita: unde fato hic nexa opponitur.

32 *l.* 3. l. 4. *j. h. t.* l. 4. *l.* 5. *ff. ad l. Aquil.* 6. Harm. 6. *in fin.* 36. *Eclog.* περὶ φόνων *ex tit.* 39. *cap.* 12. Hinc nascitur exceptio justi homicidii. vid. Grivald. *in tractata de Homicidio*, Paponem 2. *Notar.* 7. Clar. 5. *fent.* 6. *ult. q.* 60. Mynsing. 5. *observ.* 17.

33 Puta ftyrnum per vim inferentem. 6. Harm. 6. 35 Aggressorem, l. 2. *fupr. & l.* 4. *l.* 8. *j. h. t.* percussorem. *l.* 3. *fupr. l.* 1. 36 Homicida non est, qui aggressorem in vitæ difcrimine constitutus, interfecit, nec primum locus est, quia exspectari debet, quia insuperabilis esse potest. Bald. l. 1. *fupr. unde vi.* Corfetus *singulari Mosaic.* Marsilius l. 1. *ff. de sicariis & vaqiff.* 41. *in fin.* Goth. Hæc verbotenus canonizata est *obj.* 50. *can.* 46. Anl. 37 Vid. l. 2. *fupr. h. t. Ech. de loco, c.* 19. 6. Harm. 6. 8. 37. 38 *Hahn. Agatho N. N.* ita legitur in Codice Gregoriano *lib.* 4. *tit. de sicariis*, uti confiat ex Rufino 1. *collat. legum Mosaic.* Eusimodo Cujacio *Hahn*, *ad ch.* 4. *Acc.* principes solebant præmittere, quotiies ad judices scribebant. vid. Cujac. 10. *obs.* 15. 39 Plures iunt leges ad eundem Agathonem scriptæ, *ut* l. 13. *j. de pœnis*, l. 22. *fupr. de probat.* l. 31. *fupr. de evicti.* 40 Calcis ictu. *j. h. t. & Eclog. d. loco.* c. 21. vel dormiendo, *l.* 1. §. 3. *ff. de adq. vel admitt. poff. can. majores* 3. *X. de baptismo.* vid. Clarum 5. *fent.* 8. *ult. q.* 60. Papon. 5. *Notar.* 7. 41 Homicidii non continuo tenetur eques aut mulio, cujus equis calce mortis occasionem alteri præbuit. Fatti enim hoc qualiter id: cujus probatio incumbit ipsi equiti vel muliori. 42 Occasionem mortis præbens non semper tenetur. 43 Id est, indulgentia fubfcripta principis manu: a fine quo homicidium omnino factum non omnino impunitum remanere debet. Homicidium vero dolo malo factum ne adnotatione quidem principis remitti potest. *Novell. Valentin. de homicidio casu facto.* 44 *l.* 6. 3. *de procuratoribus.* 45 Homicidii lege de sicariis reverur minor vig: antiquinque annis, si cecidem fecerit. 6. Harm. 6. *l.* 1. *fupr. fi adverf. delictum.* 7. *j. de pœn. l.* 13. §. 8. *ff. ad l. Jul. de adult.* l. 37. §. 1. *ff. de minor.* 46 l. 1. *ff.* §. 1. §. 5. *Inst. de publ. jud.* l. 3. §. 1. *ff. d. Jul. de vi publ. Eclog. d. loco*, cap. 23. adde Cicer. *pro C. Rabirio.* vid. Bellorii. 1. *proch.* 13. Goth. Adde Menoch. *cod. tract. de arbitr. jud. d. cas.* 360. qui & late tractat *cas.* 361. quando constatus punitur: & quomodo probetur animus deliberatus. vide & Grammatic. *decis.* 2. Mod. 47 Adtentito, feu conatus homicidii punitur: licet effectus non sequatur, *ut ioco.* Quid si ipsome, nec deprehensus res desistit? excusatur. l. *qui falsum.* 19. *ff. ad l. Corn. de falsis.* Quid? si vel ipso jure vel statuto pœna imponatur? ut pœnam reus subeat, continuatum ac perfectum re ipsa delictum esse oporteri, notant nofri: non fictum vel fiste consummatum, *c. cum in conciliis.* 7. *X. de elect. c. perpetuo.* 7. *de elect. in c. DD. in l.* 1. §. *Dirum.* 3. *ff. l.* 1. *l.* 3. §. *hæc verba.* 6. *ff. de neg. c. quidquid.* 99. *de verb. obl.* Quid si falsum nemini noceat? idem putant. *Glossi in c. quant.* 18. *de iureiur.* Quid si nuda cogitatio est? non punitur. l. *cogitationis.* 18. *ff. de pœn.* Quid si delictum leve sit, aut civile? Idem Bald. *in l. si quis non dicam.* 5. *fupr. de episc. & clerico. Glossi. & Bald. in l. si confiterit.* 4. *fupr. fin. ter.* Quid si excommunicationis, vel censuræ pœna imponendi sit? ut id pœnæ genus infligi possit, fallum requiritur. Clar. *in cap. pretereq. respondit.* 40. *X. de appell.* adde Soc. *reg.* 31. Quid quod Hippolytus Marsilius *cons.* 7. *num.* 50. tradit, hanc constitutionem & confuetudine & æquitate non fervari, cum in pœnis impondis confideretur effectus, potius quam effectus, laudatque ejus opinionis Caffrenfem *cons.* 197. Alex. *cons.* 40. quod ut iniquum cenfeo. 48 In Gallis contra ita: ne effectu non punitur, ita ut hæc constitutio a Gallis non fervetur. vid. Rebuff. *in prooem. const.* 3. 6. n. 2. 49 *l.* 1. *C. Theod. h. t.* 6. 6. Harm. 6. 50 Causa dubitandi fuit, quia lex Cornelia ad eum qui hominem occidit, pertinet. Infans autem homo nondum est. *arg.* l. 38. §. 5. *ff. de pœn.* Sed ut in lege Julia & Papia hominis figuratio sumpta est, ita & in lege Cornelia femina *d.* §. 4. infantem quoque demonstrat, *ut hoc.* Hinc Homerus *Iliad.* 23. *in l.* 16. §. 8. *ff. de pœnis.* infantis cadem ἀνδροφονίαν vocat. Sic in edicto Publiciano *hominis* appellatione continetur etiam infans. l. 12. §. 5. *ff. de Publicianæ.* adde Cujac. 6. *obs.* 21. adde l. 3. §. 4. *ff. ad l. Jul. de vi publ.* 51 Si hanc particulam referas ad conatum, huic constitutioni in Gallia derogatum erit. Nam conatus in Gallia non punitur. Rebuff. *d. loco.* vid. quæ de conatu scripsi *ad l.* 18. *ff. de pœn.*

De servis torquendis.

9. Impppp. GRAT. VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAAA. Cynegio P. P.

SI forte mutier marito [1] mortis parasse insidias, vel quovis alio genere voluntatem occidendi habuisse inveniatur, vel si forte maritus eodem modo insectetur uxorem: in eadem quæstione [2] ab omni familia non solum mariti, sed [3] etiam uxoris fuæ (quæ tamen tunc temporis domi fuerit,) quærendum est, sine cujusquam defensione. Dat. Id. Decemb. ARCAD. A. I. & BAUTONE CONSS. 385.

TIT. XVII.

DE HIS QUI PARENTES [4], VEL LIBEROS OCCIDERUNT.

Parricida, & similes debent insui in culeo, ubi sit canis, gallus, vipera & simia: & projici debent in flumen. Bald.

1. Imp. CONSTANTIN. A. ad Verinum Vicarium Africæ.

SI quis [5] parentis, aut filii, aut omnino adfectionis ejus, quæ nuncupatione *parricidii* continetur, fata properaverit: sive clam, sive palam id enisus fuerit, [pœna parricidii puniatur:] & neque gladio, neque ignibus, neque ulli alii solenni pœnæ subjugetur, sed insutus [6] culeo [7] [cum cane & gallo gallinaceo, & vipera, & simia,] & inter eas ferales angustias comprehensus, serpentium [8] contuberniis misceatur: & ut regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem projiciatur, ut omni elementorum usu vivus carere incipiat, & ei cœlum superstiti, terra mortuo auferatur. Dat. 11. Kalend. Decemb. LICINIO V. & CRISPO CONSS. 318. [Accep. prid. Id. Mart. *Carthagine*, CONST. A. V. & LICINIO C. CONSS.] 319.

TIT. XVIII.

DE MALEFICIS [9] ET MATHEMATICIS [10], ET CÆTERIS SIMILIBUS [11].

Collatio veneni & gladii.

1. Imp. ANTONINUS A. Titio.

PLus [12] est hominem extinguere veneno [13], quam occidere gladio. PP. fine die & consule.

De geometria & mathematica.

2. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Tiberio.

ARtem geometriæ [14] discere atque exercere publice interest. Ars autem mathematica [15] damnabilis [16] est & interdicta omnino. S. 13. Kalend. Sept. *Sirmii*, CC. CONSS.

De aruspicibus, & Sacerdotibus.

3. Imp. CONSTANTIN. A. ad Maxim.

NUllus [17] aruspex [18], [nullus sacerdos [19], nullus eorum, qui huic ritui adsolent ministrare [20], ad] limen alterius accedat, nec ob alteram causam, sed hujusmodi hominum amicitia (quamvis vetus [21]) repellatur: concremando illo [22] aruspice, qui ad domum alienam accesserit: & illo in insulam deportando post ademptionem bonorum, qui cum advocaverit [23], suasionibus, vel præmiis. Accusatorem [24] autem hujusmodi criminis, non delatorem esse, sed dignum magis præmio arbitramur. PP. Kalend. Febr. *Romæ*, CONSTANTINO A. V. & LICINIO CONSS. 312.

De magia.

4. Idem A. & C. ad Bassum P. V.

EOrum est scientia [25] punienda, & severissimis merito legibus vindicanda, qui magicis [26] accincti artibus, aut contra [27] salutem hominum moliti, aut [28] pudicos animos ad libidinem deflexisse detegentur. † Nullis vero criminationibus implicanda sunt remedia [29] humanis quæsita corporibus [30], aut in agestibus locis innocenter adhibita suffragia, ne maturis vindemiis metuerentur imbres [31], aut ventis [32] grandinisque [33] lapidatione quaterentur: quibus non cujusquam salus, aut æstimatio læderetur, sed quorum proficerent actus, ne divina munera, & labores hominum sternerentur. Dat. 10. Kal. Jun. *Aquileiæ*, CRISPO & CONSTANTIO CC. CONSS. 321.

De divinatoribus.

5. Impp. CONSTANTIUS A. & JULIANUS C. ad populum.

NEmo aruspicem [34] consulat, aut mathematicum [35], nemo aricilum [36], † Augurum [37] & vatum [38] prava confessio conticescat. † Chaldæi [39], ac magi, & [40] cæteri, quos *maleficos* [41], ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad hanc partem aliquid moliantur. † Sileat omnibus perpetuo divinandi [42] curiositas. Etenim supplicio capitis ferietur gladio ultore prostratus, quicunque jussis [nostris] obsequium denegaverit. Dat. 8. Kalend. Februar. *Mediolani*, CONSTANTIO A. IX. & JULIANO C. CONSS. 357.

De magis.

6. Iidem A. & C. ad populum.

MUlti [43] Magicis [44] artibus usi, elementa [45] turbare [46], vitam [47] insontium labefactare non dubitant, & manibus [48] accitis audent ventilare, ut quisque suos conficiat [49] malis artibus inimicos: hos, quoniam naturæ peregrini sunt, feralis [50] pestis absumat. Dat. prid. Non. Decemb. *Mediol.* CONSTANTIO A. IX. & JULIANO II. CONSS. 357.

De dignitatibus.

7. Iidem A. & C. ad Taurum P. P.

ETsi excepta [51] tormentis sunt corpora honoribus præditorum, præter illa videlicet crimina, quæ legibus demonstrantur: etsi omnes magi [52] in quacunque sint parte terrarum, humani generis inimici [53] credendi sunt: quoniam tamen, qui in Comitatu [54] nostro [55] sunt, ipsam pullant propemodum majestatem: si quis magis, vel magicis carminibus [56] adfuetus, qui *maleficus* [57] vulgi consuetudine nuncupatur, aut aruspex [58], aut ariolus [59], aut certe augur [60], vel mathematicus [61], aut enarrandis somniis [62] occultans [63] artem aliquam divinandi, aut certe aliquid horum simile [64] exercens, in Comitatu [65] meo vel [66] Cæsaris fuerit deprehensus, præsidio [67] [dignitatis exutus] cruciatus & tormenta non fugiat. † Si [vero] convictus fuerit, & ad proprium facinus detegentibus repugnaverit pernegando: sit eculeo [68]

1 l. 4. *verf. idem volumus. Cod. Theod. de adult.* 2 *Interrogatione, d. verf. idem.* 3 Quin pueri & infantes etiam indicium faciunt. vid. Papon. 24. *Arrest.* 6. *num.* 7.

4 *Eclog. d. loco. cap.* 26. Volumus mariti vel uxoris interficiendæ probatur servis etiam domestiois. adde *l.* 8. §. 6. *fupr. de repudiis.* 5 De parricidiis *L.* 9. *C. Th.* 15. *num. de l.* 35. *ff.* 9. *ad l. Pompeyam de parricid.* adde 6. *C. Theod. lib.* 2. *tit.* 27. §. 10. de aquis elicitis & coelo. *C. Theod. h. t.* 7 Vid. *l.* 9. *ff. h. t.* & § 6. combaretundum ait lex Greca *Ecl. d. l. cap.* περὶ κατηχουμένων *cap.* 1. 8 Corium bovis appellat Juvenal. *Satyr.* 13. Graeci ita διφθέρας βοείας νοοῦσιν. *Cod.* adde & illud ex Seneca 5. *controv.* 4. *in fin. Imaginabor mihi tulmum, serpentem, profundum.* Hinc reliquit Tertull. *lib. de anima.* 15. *Si cæterorum scelerum mercedem cogitemus patibula, vivicombustaria, culeos, uncos & fequulas.* Flura diximus ad 9. 6. Inff. *de publ. judic.*

9 *L.* 9. *C. Theod.* 16. περὶ μαθηματικῶν, 60. *Eclog.* 39. περὶ μαντικῆς. &c. *Harm.* 10. Maleficii, qui φίλτρεις ad libidinem concitandam utuntur, *Ecl. d. loco*, *cap.* 39. Harm. *d. loco*, *cap.* περὶ μαντικῆς & breviter magi, quorum finis atque scopus est incantamentis alicui nocere. *X. verf. Chaldæi. l.* 7. *j. h. t.* Mathematici hic *Cf. l.* 3. *j. h. t.* Paul. 5. *fent.* 21. *in inscrip. &* § 3. Ruffin. *tit.* 33. *collat. leg. Mosaic.* funt vaticinatores, qui Mathematicorum illi nomine adumbrantur ilias impetias, profitentur fe fata cujusque ird & in ea facerdotes maxime. Diodor. 2. vid. Juven. *satyr.* 6. 10 De Magis, nosse & natales fuleant observationes. 1. *Ecl. c.* περὶ μαθηματικῶν. *l.* 10. *fupr. de episc. aud.* Ammianus 19. Mathematicus, ut memorat vulgus: Mendacilimi homines exant. 11 Homicidii non continuo tenetur eques aut mulio, cujus equis calce mortis occasionem alteri præbuit. Fatti enim hoc qualiter id: cujus probatio incumbit ipsi equiti vel muliori. 12 Occasionem mortis præbens non semper tenetur. 13 Id est, indulgentia subfcripta principis manu: a fine quo homicidium omnino factum non omnino impunitum remanere debet. Homicidium vero dolo malo factum ne adnotatione quidem principis remitti potest. *Novell. Valentin. de homicidio casu facto.* 14 *l.* 6. 3. *de procuratoribus.* 15 Homicidii lege de sicariis reverur minor vig: antiquinque annis, si cecidem fecerit. 6. Harm. 6. *l.* 1. *fupr. fi adverf. delictum.* 7. *j. de pœn. l.* 13. §. 8. *ff. ad l. Jul. de adult.* l. 37. §. 1. *ff. de minor.* 16 l. 1. *ff.* §. 1. §. 5. *Inst. de publ. jud.* l. 3. §. 1. *ff. d. Jul. de vi publ. Eclog. d. loco*, cap. 23. adde Cicer. *pro C. Rabirio.* vid. Bellorii. 1. *proch.* 13. Goth. Adde Menoch. *cod. tract. de arbitr. jud. d. cas.* 360. qui & late tractat *cas.* 361. quando constatus punitur: & quomodo probetur animus deliberatus. vide & Grammatic. *decis.* 2. Mod. 17 Adtentito, feu conatus homicidii punitur: licet effectus non sequatur, *ut ioco.* Quid si ipsome, nec deprehensus res desistit? excusatur. l. *qui falsum.* 19. *ff. ad l. Corn. de falsis.* Quid? si vel ipso jure vel statuto pœna imponatur? ut pœnam reus subeat, continuatum ac perfectum re ipsa delictum esse oporteri, notant nofri: non fictum vel fiste consummatum, *c. cum in conciliis.* 7. *X. de elect. c. perpetuo.* 7. *de elect. in c. DD. in l.* 1. §. *Dirum.* 3. *ff. l.* 1. *l.* 3. §. *hæc verba.* 6. *ff. de neg. c. quidquid.* 99. *de verb. obl.* Quid si falsum nemini noceat? idem putant. *Glossi in c. quant.* 18. *de iureiur.* Quid si nuda cogitatio est? non punitur. l. *cogitationis.* 18. *ff. de pœn.* Quid si delictum leve sit, aut civile? Idem Bald. *in l. si quis non dicam.* 5. *fupr. de episc. & clerico. Glossi. & Bald. in l. si confiterit.* 4. *fupr. fin. ter.* Quid si excommunicationis, vel censuræ pœna imponendi sit? ut id pœnæ genus infligi possit, fallum requiritur. Clar. *in cap. pretereq. respondit.* 40. *X. de appell.* adde Soc. *reg.* 31. Quid quod Hippolytus Marsilius *cons.* 7. *num.* 50. tradit, hanc constitutionem & confuetudine & æquitate non fervari, cum in pœnis impondis confideretur effectus, potius quam effectus, laudatque ejus opinionis Caffrenfem *cons.* 197. Alex. *cons.* 40. quod ut iniquum cenfeo. 18 In Gallis contra ita: ne effectu non punitur, ita ut hæc constitutio a Gallis non fervetur. vid. Rebuff. *in prooem. const.* 3. 6. n. 2. 19 *l.* 1. *C. Theod. h. t.* 6. 6. Harm. 6. 20 Causa dubitandi fuit, quia lex Cornelia ad eum qui hominem occidit, pertinet. Infans autem homo nondum est. *arg.* l. 38. §. 5. *ff. de pœn.* Sed ut in lege Julia & Papia hominis figuratio sumpta est, ita & in lege Cornelia femina *d.* §. 4. infantem quoque demonstrat, *ut hoc.* Hinc Homerus *Iliad.* 23. *in l.* 16. §. 8. *ff. de pœnis.* infantis cadem ἀνδροφονίαν vocat. Sic in edicto Publiciano *hominis* appellatione continetur etiam infans. l. 12. §. 5. *ff. de Publicianæ.* adde Cujac. 6. *obs.* 21. adde l. 3. §. 4. *ff. ad l. Jul. de vi publ.* 21 Si hanc particulam referas ad conatum, huic constitutioni in Gallia derogatum erit. Nam conatus in Gallia non punitur. Rebuff. *d. loco.* vid. quæ de conatu scripsi *ad l.* 18. *ff. de pœn.*

epist. 9. 29 *l.* 1. §. 3. *in fin. ff. de extraord. cogn.* adde Petr. Greg. 34. *syntag.* 17. ubi de magicis circa morborum curationes &c. *cap.* 18. de magicis ad bonorum quendam finem, & *cap.* 22. de remediis maleficorum ex antiquorum obfervationibus. 30 Hucrefer, Quæstionis dolorem magicis artibus elusum, ex Petr. Greg. 34. *syntag.* 17. *num.* 31. Dixi ad *leg.* 12. *Tabul. lib.* 2. *tit.* 27. §. 10. de aquis elicitis & coelo. 31 Dixi ad *leg.* 12. *Tabul. lib.* 2. *tit.* 27. §. 10. de aquis elicitis & coelo. de remediis adversus tempestates, vid. Petr. Greg. 34. *syntag.* 13. 32 De ventis fopitis, vid. Petrum Greg. 34. *syntag.* 13. *num.* 3. 33 De grandinum depulsatione, vid. Petrum Greg. 34. *syntag.* 13. *num.* 7. & Senecam 4. *Natural.* 6. & 7. 34 De aruspice, vid. *l.* 3. §. 6. *l.* 1. *l.* 4. *Cod. Theod. h. t.* 35 De mathematico, *l.* 2. *in fin. d. h. t.* 36 De ariolo adde *l.* 7. *j. h. t.* 37 De augure adde *d. l.* 7. *j. h. t.* 38 De vate vid. Paul. 5. *fent.* 21. §. 1. 39 De Chaldæo. Chaldæi apud Assyrios & Babylonios: ut Magi apud Persas, Gymnosophistæ apud Indos: Druidæ qui & Sarmanthei apud Gallos, ut ex Aristotele *in Magico & Sotione* 13. *facceftionis* refert Laertius fumuntur apud Danielem 2. *verf.* 2. quia primum hæc disciplina tradita apud Chaldæos Cicer. 1. *de divin.* & 1. Gell. 9. Denique ut Arabs pro latrone: Chassarcus: ita & in ea facerdotes maxime. Diodor. 2. vid. Juven. *satyr.* 6. 39 Magi, Persis. 40 De Magis, & cur ita dicti, adde *l.* 7. *inf. h. t.* 41 *l.* 5. *Cod. Theod. h. t.* 42 De magis artibus. 43 Ammianus 19. Mathematicus, ut memorat vulgus: Mendacilimi homines exant. 44 Alchymistas hoc in numero collocandos puto: de quibus alio dicetur commodiore loco. 45 Limbres, ventos, grandines, *l.* 4. *fupr. h. t.* De elementorum perturbatione, vid. Petr. Greg. 34. *syntag.* 13. 46 De elementorum perturbatione, vid. Petr. Greg. 34. *syntag.* 13. 47 Salutem, *l.* 4. *ibi.* *ut contra salutem. fupr. h. t.* mentem, *l.* 15. *ff. de injur.* 48 Qui in necem hominum dæmones invocat, gladio plectitur. 60. *Ecl.* περὶ μαντικῆς *cap.* 39. 51. 6. Harm. 10. 8. 9. De manium evocatione vid. P. Greg. 34. *syntag.* 6. 49 De hoitibus 34. c. 12. n. 3. De pluviis e coelo elicitis vi magica ab oppidanis Roræ mouti. Dracon. ius, vid. apud Pontanum *lib.* 5. *de Ferdinando I. rege Neapol.* De pelle fedata Romæ facto publice facrificio ritu gentili vid. Jovium *lib.* 21. 50 Feralis pestis. Quid? altimus conscruentur. Feralia enim dis manibus facrata festa, *Festus*, quoll ferrent equlas 2. *cunal. feralis urna*, Tacit. 3. *feralis rostris*, Tacit. 13. ut quemadmodum in feralibus pecodes abluntcantur & ipsi cadaveri, ita manibus conscruentur, quos in carminibus fuis invocaverint. Alias fera le fupplicium capitale: fic crucis *ligna feralia* Minutio Felice in *Octavio.* Goth. Plenius Revard. *Var. c.* 3. Anl. 51 *l.* 6. *C. Theod. h. t.* Nullis dignitatis maleficium exonit a quæstione. 52 De Magis adde *l.* 4. 5. 6. §. 6. *h. t.* 53 Magi generis humani inimici. 54 Comitatus principis, locus in quo vitam agit princeps: unde Palatium omnes, qui iter instituenti Cæsari ieu principi, assistunt, dicuntur ejus Comitatus: ipsi comites, & comitiveiles; ut Græcus legum interpres autor est. 55 Magis comitatus imperialis interdictos, vid. *l.* 5. *h. t.* 56 De carminibus magicis. 57 Maleficus vid. *l.* 5. §. 6. *l.* 8. *h. t.* 58 De quo vid. *l.* 3. §. 1. 59 De quo vid. *l.* 5. §. 6. *l.* 8. *h. t.* 60 *d. l.* 5. 61 De quo vid. *d. l.* 5. 62 De quo vid. *d. l.* 5. §. *eadem.* 63 Legendum videtur: *occultantem artem aliquam divinandi* &c. ut Artes occultæ fint magicæ. 64 De dominorum conflii, vid. Paul. 5. *fent.* 21. §. 3. Tertull. 31. *Apologetic. Cui*, inquit, *opus est pro illam jperatur: aut infinetur?* Firmicus 2. *matho, nilt. Cave ne quando de fratu respublica, vel de vita Romani Imperatoris aliquod interrogatus respondeas. Cavendum quoque ne confiliatorum principum quis colligat.* Vita. Ammianum *lib.* 29. 65 Male Accusatus hinc dicebatur, qui reipla imperatoris Cæsar, qui ab Augusto electus Imperii fuccessor, ut ex Ammiano *cons.* Hodie in Imperio tales tunt, qui *Reges Romanorum*: in Gallia, *Delphini*, in Hispania *Infantes.* 66 Male Accusatus hinc dicebatur, qui reipla imperatoris Cæsar, qui ab Augusto electus Imperii fuccessor, ut ex Ammiano *cons.* Hodie in Imperio tales tunt, qui *Reges Romanorum*: in Gallia, *Delphini*, in Hispania *Infantes.* 67 Pœna maleficii & maledici in comitatu Cæsaris veriantia. 68 Aculeo, *d. l.* 6. *C. Theod. h. t.* aculeo, Hal.

deditus, ungulisque [1] fulcantibus latera, perferat pœnas proprio dignas facinore. Dat. 3. Non. Julii, *Arimini*, TITIANO & CEREALE CONSS. 358.

De eo, qui discit, vel docet.

8. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ad Modestum P. P.

CUlpa [2] similis [3] est, [tam] prohibita discere [4], quam docere. Dat. Prid. Idib. Decemb. *Constantinopol.* VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 365.

De maleficis comprehendendis & ad publicum pertrahendis.

9. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Albino P. P.

QUicunque [5] maleficiorum labe pollutum audierit, deprehenderit, occupaverit, illico ad publicum pertrahat [6], & Judicum oculis communis hostem salutis ostendat. Quod si quisquam [7] ex agitatoribus [8], [id est, aurigis,] seu ex quolibet alio genere hominum, contra hoc interdictum venire tentaverit, aut clandestinis suppliciis etiam manifestum reum maleficæ artis oppresserit: ultimium [9] supplicium non evadat, geminæ suspicioni [10] obnoxius, quod aut publicum reum, ne facinoris [11] socios publicaret, severitati legum, & debitæ subtraxerit quæstioni: aut proprium fortallis inimicum sub hujusmodi vindictæ nomine consilio atrociore confecerit. Dat. 17. Kal. Septemb. *Romæ*, TIMASIO & PROMOTO CONSS. 389.

TIT. XIX.

DE [12] SEPULCHRO [13] VIOLATO.

De contrectatione rerum religiosarum.

1. Imp. GORDIANUS A. Zenoni.

RES religioni destinatas [14], quinimo jam religionis [15] effectas, scientes, qui contigerint, & emere [16], & diltrahere non dubitaverint: tametsi jure venditio non subsistat, læsæ [17] tamen religionis inciderunt in crimen. PP. 3. Kalend. Mart. SABINO II. & VENUSTO CONSS. 241.

De servis.

2. Imp. CONSTANTINUS A. ad Tatianum P. U.

SI servus [18] in demoliendis [19] sepulchris fuerit deprehensus, si id sine domini scientia faciat, metallo addicatur: sin vero domini auctoritate, vel jussione urgetur, relegatione plectatur. Et si forte detractum [20] aliquid de sepulchro ad domum ejus villamque provectum [21] reperitur: villa, sive domus, aut ædificium quodcunque erit, fisci juribus vindicetur. Dat. 7. Id. Jul. ACYNDINO & PROCULO CONSS. 340.

Si judex pœnam non irrogaverit.

3. Idem A. ad Limenium P. P.

SI [22] quis sepulchrum violaturus attigerit, locorum Judices [23], si hoc vindicare neglexerint, non minus quam viginti librarum auri, in sepulchorum violatores statuta pœna multentur: ut eam largitionibus nostris inferre cogantur. Dat. 5. Kal. April. LIMENIO & CATULINO CONSS. 349.

Pœnæ violantium sepulchra, cadavera, vel reliquias.

4. Idem A. ad populum.

QUi sepulchra [24] violant, domos [25] (ut ita dixerim) defunctorum: geminum videntur facinus perpetrare: nam & sepultos spoliant destruendo, & vivos polluunt fabricando. Si quis igitur de sepulchro [26] abstulerit saxa, vel marmora, vel columnas, aliamve quamcunque materiam fabricandi gratia: sive id fecerit venditurus, decem [27] pondo auri cogatur fisco inferre: sive quis propria sepulchra defendens, hanc in judicium querelam detulerit, sive quicunque [28] alius accusaverit, vel ad officium nuntiaverit: Quæ pœna prisæ severitati accedit: Nihil enim derogatum est illi supplicio, quod sepulchrum violantibus videtur impositum. Huic autem pœnæ subjacebunt [29] & qui corpora [30] sepulta [31], aut reliquias contrectaverint. Dat. Id. Jun. *Mediolani*, CONSTANTIO IX. & JULIANO CC. CONSS. 357.

De ablatis a sepulchris.

5. Imp. JULIANUS A. ad populum.

PErgit [32] audacia ad busta defunctorum, & aggeres [33] consecratos: cum & lapidem [34] hinc movere, terram [35] evertere, & cespitem [36] evellere, proximum [37] sacrilegio majores [nostri] semper habuerint: sed [&] ornamenta [38] quædam trichiniis, aut porticibus [39] auferre de sepulchris. Quibus primo consulentes, ne in piaculum incidat contaminata religio defunctorum, hoc fieri prohibemus, pœna [39] sacrilegii cohibentes. Dat. prid. Id. Februar. *Antiochiæ*, JULIANO A. IV. & SALLUSTIO CONSS. 363.

De non impediendis sepulturis defuncti prætextu debiti.

6. Imp. JUSTINUS A. Theodoro.

CUm sit injustum, & nostris alienum temporibus injuriam fieri reliquiis [40] defunctorum ab his, qui debitorem [41] sibi esse mortuum dicendo, debitumque exigendo, sepulturam ejus impediunt: ne in posterum eadem injuria procederet, cogendis his, ad quos funus mortui pertinet, sua jura perdere: ea quidem, quæ mortuo posito ante sepulturam ejus facta fuerint, vel exigendo quod debitum esse dicitur, vel confessiones aliquas, aut fidejussorem, aut pignora capiendo, penitus amputari præcipimus. Redditis vero pignoribus [42] vel pecuniis quæ solutæ sunt, vel absolutis fidejussoribus, & generaliter omnibus sine ulla innovatione in pristinum statum reducendis, principale negotium ex integro disceptari. Eum vero, qui in hujusmodi fuerit deprensus flagitio, quinquaginta libras auri dependere, vel si minus idoneus ad eas persolvendas sit, suo corpore, sub competenti judice pœnas luere. Dat. Kalend. Decembr. *Constantinop.* OLYBRIO V. C. CONS. 526.

IN AUTHENT. ut defuncti seu fun. §. fancimus igitur. & §. si vero. col. 5. tit. 15. al. 13. Novell. 60. cap. 1.

ITem qui domum moribundi accedit, ipsum aliosve, qui ejus sunt, molestans, aut in rebus ejus non servato legali officio signacula imponit: ab actione post mortem illius cadat, & alterum tantundem exigatur ab heredibus injuriati: publicanda tertia parte bonorum, ipsoque infamia notato. Eisdem pœnis subjaceat, qui eo moriente circa funus peccat, cum prohibeat exequias.

IN AUTHENT. ut cum de appellat. cog. §. meminimus, col. 8. tit. 16. al. 12. Novell. 115. cap. 5.

SEd neque ante novem dies ab obitu numerandos, ulla prorsus fiat molestia adversus quemlibet ex persona defuncti. Si qua enim cautio, si quid simile fiat, inutile erit: ex hoc nullo præjudicio creditori generando.

TIT. XX.

AD LEGEM FABIAM [43] DE PLAGIARIIS [44].

Vendens ancillam alienam subtractam, potest convenire rei vindicatione, quia dolo desiit possidere: & criminaliter convenire, proposita actione legis Fabiæ de plagiariis. Bald.

1. Imp. ANTONINUS A. Placido.

PAter tuus adversus eum, a quo sollicitatam ancillam [45], plagio quoque facto exportatam queritur, apud suum Judicem civiliter in rem [46] actione instituta consistat. Si [vero] in causa tenuerit, etiam legis Fabiæ crimen persequi poterit. Quod si per violentiam mancipium obreptum est, accusationem ejus non prohibetur intendere. PP. 12. Kalend. April. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Actio legis Fabiæ non potest per procuratorem institui: sed in actione civili servi corrupti bene admittitur procurator. Bald.

2. Idem A. Aurelio.

SI ab Æliano servum tuum suspeptum, & aliquandiu occultatum [47], moxque eo fuadente fugæ datum probare potes, legis Fabiæ crimen per te, vel actionem ad eam rem propositam, id est servi corrupti, per [48] procuratorem tuum persequi potes. PP. 7. Kal. August. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Via ordinaria in crimine legis Fabiæ proceditur. Salic.

3. Imp. ALEXANDER A. Cornelio.

UT legis Fabiæ pœna debeatur, in crimine subscriptio [49], & accusatio, & sententia necessaria est. PP. 8. Kalend. Jul. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Procurator Cæsaris de hoc crimine non cognoscit, nisi gerat vices præsidis. Salic.

4. Imp. GORDIANUS A. Paulinæ.

NOn valet Procuratoris [50] sententia, si Vicem Præsidis non tueatur, *qui legi Fabiæ locum esse* pronunciavit: cum ejus legis disceptatio ad Praididis provinciæ [51] pertineat notionem. PP. 3. Non. Decembr. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

1 De ungulis dixi ad *l. un. supr. de emend. serv.* adde Fornerium *de tormentis, genuib.* 2. *selectb.* 1. 2 *l. §. in fin. Cod. Theod. h. t.* 3 Apud veteres culpa dissimilis fuit. Sola namque professio, non simplex notitia erat prohibita. vid. apud Ruffinum *cap. 15. collat. leg.* 4 Vid. *l. 2. l. 6. supr. de haer. & Manich.* Paul. 5. *sent.* 21. §. 4. & 5. *sent.* 23. §. 11. vid. quæ scripsi ad *Novell.* 133. *cap.* 2. Tertull. *de idololatria, cap.* 9. Eadem pœna est exitii discipulis & magistris. Hinc libri comburuntur. vid. *l.* 10. *supr. de apost. audient.* adde *l.* 4. § 1. *ff. famil. erciss.* Illud fune Procylidis est μαγικὸν δεῖνα κατεσπάσθαι. De Codice noxiarum artium vid. Ammianum 28. *paulo post principium.* 5 *l.* 11. *Cod. Theod. h. t.* 6 Protrahat *d. l.* 11.

6. Harm. 10. *cap.* περὶ φαρμακῶν ὁ συνιδὼν. 7 Agitatores, quorum plerique magicis nonnunquam artibus adversariorum equos impediebant, & ipsos ad cursum incitabant, ut testatur D. Hieron. *in vita sancti Hilarionis*, Arnobius *adversus gentes*, Calfiodorus *l.* 3. *Variar. epist.* 51. 8 *l.* 11. *infr. de fideiussorib.* εἰ δὲ τις αὐτὸν θήσοιτο, Harm. *d. loco.* Quæ lectio sincera videtur. 9 De pœna maleficum non deferentis. 10 Qua suspicione tenetur maleficum non deferens, sed opprimens. 11 Facinoris socios publicare licet.

12 De sepulchris violatis *L.* 9. *C. Theod.* 17. adde *Nov. Leon.* 96. dixi ad *L.* 47. *ff.* 12. 13 Non male hic titulus adjungitur superiori. Nam & infames sunt sepulchri violatores. Apuleius 2 *Ne mortuorum quidem sepulchra tuta esse dicunt: sed & busta, & rogos reliquias quadam & cadaverum profanamia ad exercitiales veneficiorum fortunas petuntur. Culpantur eo nomine Clarres potissimum: quo tempore a Theodosio emissa est Novella de sepulchris.* 14 Destinata religioni. 15 Religiosis. 16 *l.* 21. 3. *de sacros. eccles.* §. 9. *Institt. de rer. divis.* 17 Cornelius Tacitus 3. *Grave Crimen læsæ religionis.* 18 *l.* 1. *C. Th. h. t.* ubi ita legitur, *si quis in demoliendis*, Græce legunt τῶν κιόνων c. 9. *Eccl.* 23. περὶ τάφων 19 Facit *l.* 3. §. 11. *ff. h. t.*

20 De demolliendo sepulchro. 20 De rebus ex sepulchro detractis.

21 *Pervectum. d. l.* 1. ἐξαχθὲν. *d. cap.* 9. 22 *l.* 2. *in fin. C. Theod. Eclog. d. cap.* 9. *verf.* ἐὰν δὲ ἀεχῶν. 23 De pœna judicis sepulchri violatorem non plectentis.

24 *Qui ædificia manium violant, l.* 4. *Cod. Theod. h. t.* 25 Domus defunctorum, sepulchra. 26 Materia sepulchri, venditionis causa, vel fabricæ gratia, non est detrahenda. *Eclog. d. loco c.* 9. *in fin.* adde *l.* 5. *§. h. t.* 27 Viginti. *Instit. hic. ut l.* 3. 8 *h. t.* 28 Crimen est publicum sepulchrum violare. *l. 8. ff. h. t.* 29 *Eclog. d. l. versic.* τῇ αὐτῇ. 30 Τὰ παραδιδόμενα νῦν τοῖς τάφοις. *Eclog. d. l.* 1. tradita jam perfectæ sepulturæ. adde *l.* 3. §. 4. 1. 7. *l. ult. ff. h. t. l.* 38. *ff. de religios.* 31 *l.* 5. *C. Th. h. t.* 32 Aggeres conferti, sepulchra. 33 De lapide ex sepulchris moto. 34 De terra ex sepulchris eversa. 35 De cespite ex sepulchris evulso. 36 Crimen sacrilegio proximum. 37 De spoliatoribus cadaverum & more veteri condendorum ornamentorum, divi *l.* 3. §. 7. *ff. h. t.* 38 Qui & *porticatione*, *d.* § 7. *in fin. ff. de religiosis.* 39 *Pana manium vindice coherentes, l.* 5. *Cod. Theod. h. t.*

40 Reliquiæ defunctorum Græcis λείψανα. de detestabili concubitu cum mortua, vide Clar. 5. *sent.* 5. *Farinacius. verf. cum mortua.* 41 Vid. *Nov.* 60. *Novell.* 115. *cap.* 4. *l. 2. ff. de in jus vocand.* l. 8. *ff. h. t.* l. 38. *ff. de relig.* Goth. Adde Covarruv. *var. resol. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 10. Andr. Gail. *de arrept. cap.* 11. *num.* 20. Anf. 42 Vid. Rigensem *ad l.* 6. 7. 8. 9. *ff. de pign. & hypoth. num.* 34.

43 *L.* 9. *C. Th.* 18. & *Novell. Leon.* 66. quæ & Flavia & Favia. dixi ad *L.* 48. *D.* 14. 44 Et Laverne & Fregane dicuntur, qui ingenuorum liberos aut servos alienos vendunt, vel supprimunt. 45 De ancilla aliena sollicitata & exportata. 46 Plagiarius convenirí potest rei vindicatione, *ut hic*, lege Fabia, *verf. si vero.* & criminaliter interdum. *verf. quod. l. 10. t.* 47 *l.* 9. *h. t. l.* 1. § 2. *ff. de servo corrupto.* 48 *l. d. supr. de furtis.* 49 Vid. *l.* 3. *supr. qui accusare.* 50 Cæsaris fcil. Quidam Procuratores Cæsaris hoc tibi plurimum tribuerunt cum Romæ, quam in provinciis: ut hanc legem intelligas, vid. Uip. *l.* 6. *ff. de off. proconsul.* apud Ruffin. *tit.* 24. *collat. l. Mosaic.*

51 *l.* 3. §. 1. *l.* 2. in provincia fcil. in Italia vero extra centesimum, ad Præf. Præt. in urbe, & intra centesimum ad Præfectum urbi. Ruffin. *d. l.* cui rei accedit inscriptio legis 7. *infr. h. t.*

Pro

Pro fratre suppresso fratri competit legis Fabiæ accusatio. Bald.

5. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. & VALERIAN. C. Julianæ.

SI fratrem [1] tuum adversarius [tuus] supprimit [2], legis eum Fabiæ [3] adito Præside provinciæ reum debes postulare. PP. Non. Maji, ÆMILIANO, & BASSO CONSS. 260.

Servum in fuga constitutum vendens, incidit in legem Fabiam de plagiariis. Bald.

6. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Martianæ.

IN fuga servum constitutum, neque [4] vendere, neque donare licet [5]; unde intelligis te in legem incidisse quæ super hujusmodi delictis certam [6] pœnam fisco inferendam statuit: exceptis coheredibus, & sociis quibus in divisione communium [7] rerum licitationem de fugitivo servo invicem facere permissum est. Ita vero liceat fugitivum [servum] vendere, & tunc venditio valeat, quando [8] ab emptore requisitus fuerit, & deprehensus. PP. 3. Id. Mart. AA. CONSS.

Alienum servum vel liberum quem plagio abduxit, puniturcapite: & de hoc crimine judex potest inquirere. Salic.

7. Idem AA. Maximo P. U. 9.

QUoniam servos a plagiariis alienari ex Urbe significas, atque ita interdum ingenuos homines eorum scelere asportari solere perscribis, horum tibi delictorum licentiæ majore severitate occurrendum esse decernimus. Ac propterea si quem in hujusmodi *facinore* deprehenderis, capite [10] eum plectere non dubitabis: ut pœnæ genere deterreri cæteri possint, quominus istiusmodi audacia vel servos, vel liberos, ab Urbe distrahere atque alienare audeant. Dat. 6. Id. Decembr. DIOCLETIANO III. & MAXIMIANO AA. CONSS. 287.

Objiciens exceptionem peremptoriam, quæ habet examinari seorsum a crimine, impedit processum in criminali. Bald.

8. Idem AA. & CC. Confidio.

PRæses provinciæ, discreto prius [11] jure dominii, intelligat, an audiendum sit plagii crimen, necne. Nam si proprietatis tuæ mancipium esse constiterit, expiravisse criminis intentionem, emersa dominii luce, manifestabit. Si vero servum alienum esse constiterit, [post] disceptatam proprietatis quæstionem, & criminis causam audiet. PP. 8. Kal. Septembr. ipsis AA. IV. & III. CONSS. 290.

Celans mancipium alienum, committit in legem Fabiam de plagiariis. Bald.

9. Idem AA. & CC. Eugenio.

EUm, qui mancipium alienum celat [12], Fabiæ legis crimine teneri, non est incerti juris. S. 3. Idus Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS.

Bonæ fidei emptor non incidit in crimen legis Fabiæ de plagiariis, a plagiario comparans. Bald.

10. Iidem AA. & CC. Dizæ.

COmparantem [13] ab eo qui abduxit plagio mancipia, si delicti socius non probetur, nullo crimine teneri convenit. S. Non. Novembr. * *Lucione* [14] AA. CONSS.

Venditione status non mutatur. Salic.

11. Iidem AA. & CC. Marpiatæ.

ABducti plagio facta venditio, statum [15] non mutat: liberæ enim personæ sollicitatione crimen committitur, non conditioni præjudicatur. S. Id. Novembr. *Lucione* *, AA. CONSS.

Suscipiens fugitivum cum rebus subtractis, furti tenetur, & plagii. Salic.

12. Idem AA. & CC. Mutiano.

SI quis servum fugitivum sciens [16] cum [17] rebus furtivis susceperit, cum horum nomine furti [18] actione teneatur, hæc tibi Rector [19] provinciæ cum solita pœna restitui efficiet. † Sed & si criminis plagii accusationem institueris, tibi audientiam præbere non dubitabit. S. Kal. April. *Singidani*, CC. CONSS.

Plagii criminis accusatio publica est. Bald.

13. Idem AA. & CC. Severino.

PLagii criminis accusatio publici [20] sit judicii. S. 5. Kalend. Decemb. CC. CONSS.

Excusatur errans in delictis, in quibus requiritur dolus. Bald.

14. Iidem AA. & CC. Callistheni.

PLagii criminis accusatio cessat [21], si suos servos, vel liberos adseverent hi, qui suppressisse dicuntur non commissi velandi causa, sed ad hanc opinionem [22] justa ducti ratione. S. Prid. Non. Decembr. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

Scienter vendens liberum hominem, plagium committit. Bald.

15. Iidem AA. & CC. Pomponio.

LIberum, sciens conditionem ejus, invitum [23] venundando, plagii criminis pœna tenetur. Dat. 13. Kal. Jan. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

Nobiles de crimine plagii convicti, in metallum damnantur verberati: ignobiles vero servi, vel liberti, bestiis subjiciuntur: ingenui capite puniuntur. Salic.

16. Imp. CONSTANTINUS A. ad Domitium Celsum Vicarium Africæ.

PLagiarii [24], qui viventium filiorum miserandas infligunt parentibus orbitates, metalli [25] pœna cum cæteris ante cognitis suppliciis teneantur. † Si quis tamen hujusmodi reus fuerit oblatus, postea quam super crimine claruerit, servus quidem, vel libertate donatus bestiis subjiciatur, ingenuus autem gladio consumatur. Dat. Kal. August. CONSTANTINO A. IV. & LICINIO CONSS. 315.

TIT. XXI.

AD [26] LEGEM VISELLIAM [27].

Servus, vel libertus ad publicos honores tacita veritate promotus, incidit in legem Juliam Viselliam: nisi libertus impetrasset jus aureorum annulorum. Bald.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Bacco.

LEx Visellia libertinæ conditionis homines persequitur, si ea [28] quæ ingenuorum sunt, contra [29] honores [30], & dignitates ausi fuerint attentare, vel decurionatum [31] arripere: nisi [32] jure aureorum annulorum impetrato a Principe sustententur. Tunc enim quoad vivunt, imaginem [33], non statum ingenuitatis obtinent: & sine periculo ingenuorum etiam officia peragunt publica. Qui autem libertinus se dicit ingenuum, tam de operis civiliter, quam etiam ex lege Visellia criminaliter poterit perurgeri. † In [34] curiam autem se immiscens, damno quidem cum infamia afficitur: Muneribus [35] vero personalibus in patria patroni, quæ congruunt hujusmodi hominibus, singulos pro viribus adtrictos esse non dubium est. PP. 2. Id. Febr. *Antiochiæ*, CC. CONSS.

TIT. XXII.

AD LEGEM CORNELIAM DE FALSIS [36].

De accusatione subjecti partus.

1. Imp. ANTONINUS A. Severino.

SI partus [37] subjecti crimen diversæ parti objicitis, causa capitalis [38] in tempus pubertatis pueri differri non debuit: sicut jampridem mihi & Divo Severo patri meo placuit. Neque enim verisimile est, eam quæ arguitur, non ex fide causam suam defensuram, cum periculum capitis subeat. PP. Non. Mart. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

De solutione.

2. Imp. ALEXANDER A. Valerio.

SAtis aperte Divorum Parentum meorum rescriptis declaratum est, cum morandæ [39] solutionis gratia, a debitore, falsi crimen objicitur, nihilominus salva executione [40] criminis, debitorem ad solutionem compelli oportere. PP. 3. Non. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Si Pilius legatum consecutus ex testamento, quod verum putavit.

3. Idem A. Calfio.

LIcet ex tabulis, quas sub nomine patris tui uxorem ejus, id est novercam tuam, subrepto vero testamento falsas protulisse allegas, cum crimen admissum ignorares [41], legatum adscriptum tibi consecutus sis: tamen non impedieris accusationem contra eam impletis solennibus instituere. PP. 11. Kal. Januar. ALBINO, & MAXIMO CONSS. 228.

De his qui falsis rescriptionibus utuntur.

4. Idem A. Maximo.

MAjorem severitatem exigit, ut merita eorum, qui falsis rescriptionibus [42] utuntur, digna coerceantur pœna: sed qui [43] deceptus est per alium, si suam innocentiam probat, & eum a quo accepit, exhibet, se liberat. PP. 4. Kalend. Januar. ALBINO & MAXIMO CONSS. 228.

An filius agere contra matrem possit.

5. Idem A. Petronio.

1 Fratri & sorori datur etiam hæc actio. 2 *l.* 6. *in fin. ff. h. t.* 3 Vid. *l.* 3. *ff. de inmine liberos.* 4 *T. Eclog.* 6. *ex lib.* 60. *tit.* 48. *c.* 10. adde *l.* 6. *in fin. ff. h. t.* 5 Imo licet. *l.* 2. *ff. h. t.* vid. *l.* 5. 3. *de serv. fugitivis.* 6 Pecuniariam, *l. ult. D. h. t.* 7 *l.* 19. §. 3. *ff. comm. divid. l.* 35. § 3. *D. de contrahend. empt.* 8 *l.* 2. §. 2. *D. h. t.* 9 Vid. quæ dixi ad *l.* 4. *supr. h. t.* 10 Id abrogatum. *Leon. Novell.* 65. 11 *l.* 14. *J. h. t.* id est, cognito, quis sit proprietarius. 12 60. *Eclog.* 48. *cap.* 12. *l.* 2. *supr.* & *l.* 5. *D. h. t. l.* 1. § 2. *D. de servo corrupto.* 13 *Eclog. d. loco*, *c.* 5. 14 Lucione vid. Peutinger. 15 *l.* 12. *supr. de engenuis. vid. l.* 12. *supr. de liberali.* 16 *l.* 6. *supr. de serv. fugit.* 17 Vix servus de furtis. Vitia hæc duo funt conjuncta, fuga & furtum. Hinc Martialis *epigr.* 55. 18 Vid. *l.* 1. *D. de fugit.* 19 *l.* 4. *l.* 8. *supr. h. t.* 20 §. 10. *Inst. de publ. jud.* 21 Imo non cessat. *Ecl. d. loc. cap.* 5. cessat, si quæstionem proprietatis justa ratione ductus moveris, *ut hic.* 22 Opinio justa excusat a delicto. adde *l.* 12. §. 1. 2. 3. *l.* 13. *D. de liberali.* 23 *Eclog. d. loco*, *c.* 15. *l.* 2. *tit.* 1. *ex lib.* 60. *tit.* 48. *c.* 18. *l.* 1. 4. *D. h. t. l.* 2. *supr. ubi de criminib.* 24 *l. un. C. Th. h. t.*

25 De pœna plagii dixi ad *l. ult. D. h. t.*

26 Hæc lex abrogata videtur. Nam cum hodie libertini omnes restituti sint natalibus, *Nov. ut libert. de cætero* 78. nihil est necesse hic edicere, ut ne libertis hominibus liceat eos honores adipisci, qui ingenuorum sint proprii, eosve extraordinaria pœna afficere. 27 *l. un. verf. Et cum. infr. quando civilis actio.* Ulp. 3. §. 5. *Viselliam* Hal. & ita scriptum extat in *l. un. C. Theod. ut sum civilitter criminaliter agere.* Alii legunt *Miscellam*, *editio Nivelliana.* alias falso *Miscellam* dici puto, ut ibidem quidam admonuerunt *ex tit. de indictis vidualitate*, & *L. Julia Miscella tollend.* Lata fuit anno urbis 776. Sententiam legis Viscelliæ vid. *infr. h. t.* 28 *d. l. un.* 29 *Circa.* Hal. 30 *l.* 3. *ff. de jur. aur. ann.* insignia alterius ordinis. Paul. 5. *sent.* 25. §. 11. adde & §. 10. *tit.* 13. *ff. ad l. Corn. de falsis.* 31 *l.* 1. *J. si servus aut libert. ad decurionat.* l. 10. *tit.* 32. 32 *l.* 1. *ff. de jure aur.* Suet. *in Claudio c.* 14. 33 Imago a Statu differt. Prior *servus aut libert. ad decurion. adspiravert. l.* 10. *tit.* 32. 34 *l.* 2. *J. si* 35 Vid. *l.* 6. *ff. ad municip.*

36 *L.* 9. *C Theod.* 14. 37 *l.* 10. *J.* & *l.* 19. §. 1. *l.* 30. §. 1. *ff. h. t. l.* 1. *ff. de agnosc. liber.* 60. *Eclog.* 41. περὶ νοθευόμενον παιδὸς. vid. Bollium *tit.* 41. Pap. 7. *Not.* 7. 38 Pœna falsi ex lege Cornelia capitalis. *l.* 5. *l.* 22. *in fin. ff. h. t.* Cyp. 2. *ad Donatum.* Hic testamentum subjicit, ille falsum capitali fraude conscribit. potica facta est non capitalis *d. l.* 22. *in fin. l.* 1. *in fin. ff. h. t. l.* 18. *supr. de transact.* 9. 7. *Inst. de publ. jud.* Quanam pœna hodie falsarii afficiantur, dixi ad *Novell. Leon.* 77.

39 Si a debitore falsum instrumentum dictur morandæ solutionis gratia. facit *l.* 31. *D. de re jud.* 40 I. e. perfectione, accusatione. *Goth.* Hinc collige, pendente restitutione in integrum non impediri executionem. Fachin. *l.* 12. *controv. cap.* 12. Anf. Adde Sfort. Odd *de restit. in integr.* 9. 42. Joann. Sand. *decis. Prisci. lib.* 3. *tit.* 8. *defin.* 4. Christin. *decis. Belg. vol.* 2. *decis.* 137. §. 1. 41 Vid. *l.* 3. *D. h. t. l.* 1. *ff. de his qui ut indig.* 42 Paul. 5. *sent.* 25. §. 9. Paul. 1. *sent.* 12. §. 1. constitutionibus. *l. ult. D. h. t.* falsis Prætoris literis. *l.* 25. *D. h. t.* de eo, qui falso prætoris jussu utitur, vid. *l.* 1. *D. de cognition.* & eo qui utitur falsis instrumentis, actis, epistolis. Paul. *d. loco.* 43 Idem heredi accidere potest ob justam ignorantiæ præsumptionem: eo casu id beneficii reo datur, ut producens falsum instrumentum interrogetur, heres uti caeperit, falsi teneatur. *communis opinio* apud Clarum 5. *sent.* 9. *Falsum. verf. nisi falso.*